

Tractatus Duodecimus

Troscisci.

ponit oleum nucū cuz oleo de spica z tunc tollitur dolor epatis q est ppter grossaz humiditatē. ¶ Troscisci vltimi cū qbus iā pluries ex assumptione vni/ us: dolores sedauit. ℞. reubarbari boni. ʒ. x. seminis apij. absinthij: assari. añ. ʒ. j. amigdalaz amaraz. ʒ. ij. s. fiant troscisci quoz quilz sit aur. j. dabā aut vnum ex eis mane z sero ante aurorā cum decoctione rez aliquaz ex his ex quibus sunt confecti.

¶ Additio.

¶ Unguētum quo vtebatur Gale. pro puero suo mensuz. xvij. ad duritiem epatis cū hystericia. ℞. olei ros. ʒ. j. s. succi extremitatū absin. olei nardini z masticini añ. ʒ. s. pul. extremitatū: squinanti: spodij castie lignee: caude cabaline. añ. ʒ. ij. cere quantum sufficit: z fiat vnguētum quo vngatur epar cuz ma nu prius balneata in aceto z ad stomachū cum ma nu vncta in oleo masticino z curatus fuit puer.

¶ Tractatus. 12. primi sermonis. De dispositioni/ bus splenis z continet duo capitula.

¶ Cap. 1. De opillationibus z duritiibus splenis.

Galenus dixit q facta gūatione hu mox in epate creatum est splen vt humozē melācolicuz superfluentē attraheret ad seipm ppter. multas vtilitates totius corporis z mēbroz aliquoz: z qz sua grossitie pene/ trare nō posset ad splenē admiscet ipsuz natura cuz subtili sanguine q sua subtilitate ipm penetrabilem facit: ex quo postea splen nutrit qre in decoctioe ip/ sius remanet molle sicut epar qd ex grossiori nutrit sanguine sui decoctione remanet durz. aperte ergo post tractatū de epate ponat tractatus de opillatio/ nib⁹ splenis z durietibus ipsius pnter de eius dolo/ ribus. ¶ Et ad opillationē z duritiē splenis pferet confectio de amigdalīs supradicta ea. de hystericia.

**Confectio de
amigdalīs.**

Et in hoc casu est vehememens si ex radice celi donie bibat. 3. j. cuz aceto sentitur p̄ficiū singulare.

Et Rasis dixit q̄ calcaneus vacce cōbustus calesactus cum melle bibitus splenem inflatū curat.

Ite dixit si splen exterius inūgat stercore ei⁹ cōbusto attenuat eius magnitudo.

Obolus insup vnus radiceis brionie si quolibet die bibat triginta diebus p̄tinuis splenē siccāt. Est aut obolus p̄odus trium kirat.

Armoniacū quoq; bibitū cuz aceto splenē dissoluit: sit aut dosis eius vsq; ad. 3. ij. Idem aut operat z deforis emplastratū.

Cortices radi- cū capparis plus valēt omni alia medicina emplastrati exterius cuz farina ordet vel aliquo simili aut assumpti interius triti z siccati cū aceto z melle vel

cocti in aqua q̄n ex eis sumunt. 3. ij. vsq; ad. 30. dies tunc enim fortiter splenē attenuant.

Radix etiā cētauree minozis vel ipsa herba siue extra posita siue rit siue intus mirifice cōfert z hoc cōfirmavit Sa-

le. in. 7. **A**ssaz in hoc multū confert. **A**gnus castus emplastratus multuz iuuat.

Clinum autē oppoponacis valde p̄fert qd sic fit. **R.** oppoponacis aut. ʒ. ponatur in duobus vzeolis musti z di-

mittat per duos mēses: postea cuz clarificatū est vinum tollat z vsui reseruet.

Polium cū aceto ad idem z apostemata splenis est epithima pueniens.

Radix quoq; acoz multum attenuat splenem.

Aristologia rotūda cū aceto supposita p̄fert valde.

Si aut fiat oximel cū aceto z decoctione scolopendrie z bibat q̄draginta diebus p̄fert magnifice z delet splenē.

Rami quoq; licij si cū aceto coquantur z bibantur vltime p̄ferunt.

Ficus aut sicce si cū subtiliatius date fuerint p̄ferunt valde apostematibus duris splenis.

Et kirādus dixit z p̄fecte multi prudentes p̄cordant q̄ si tollatur splen capre in nomine patientis z superponat spleni pa-

Radix cell-
donie.

Calcane⁹ vac-
ce.

Brionia.

Quid obol⁹.

Armoniacū.

Cortex radi-
cap.

Cētaurea ml
noz.

Assarum.

Agn⁹ castus.

Clinuz oppo-

ponacis z mo-

duus sciendi.

Polium.

Radix acoz.

Aristo. ro.

Oximel.

Litum.

Ficus sicce.

Remediū su-

per sicutolam.

Splen capre

Tractatus Duodecimus

Splen canis
& vulpis.

Epar vulpis
Radix ebuli.

Unguētū no/
Arum exgiū.

Oleum nrm.

Emplastrum

Aliud.

Aliud.

tientis & tñ vna die fit infasniatus & postea sublatu
& infirmus suspendat ipsuz ad fumū vel ad solē vel
ad ventū in q̄stum splen capre desiccabitur intrū &
splen patiētis minuet. ¶ Itē dixit si splen canis
spleni splenetici supponatur sanabit. ¶ Et dixit ē
q̄ splen vulpis gestatus: spleneticus perfecte sanat.
¶ Et silt epar ei siccū & tritū cuz melle bibitū. ¶ Ra
dix quoq; ebuli cocta in aq̄ vsq; ad cōsumptionem
duaz partiū & bibita splenetici pfecte sanat & mire
q̄ experti sumus. ¶ Fructus al succus etiā cicami
nis bibitus cū duobus ciaris vini albi pluribus die
bus sanat splenetici mouens vrinā cū vētre subdu
cēs sicut dicit Gal. tractatu. 7. ¶ Adest autē tēpus
ponēdi nra experimenta & est ex primis vnguētum
hoc. ℞. succi ciclamini mucilaginis q̄ egredit̄ ex
radice filicis añ. lib. s. succi extremitatū tamarisci ʒ.
ij. olei hyrim. lib. ij. yfopi humide. ʒ. ij. aceti. ʒ. ij.
bdelij: armo. añ. ʒ. j. s. cere citrine. ʒ. vj. bulliāt succi
& acetū cū oleis in duplici vase vsq; ad cōsumptionē
aceti & succoz & postea addant̄ reliqua & fiat vnguē
tuz hoc. n. vnguētum resouit apata dura splenis &
scrofulas. ¶ Oleū etiā nrm quo splen vngitur cū
dolore eius & duritie. ℞. radicū ruthe: radicū cap/
paris añ. cū oleo & in modico aceti bulliant in cepe
albo p̄cano: tollātur insuper folia edere q̄ dī cussus
siue funis pauper & coquātur in aceto & supponan
tur aut cruda terant̄ & miscēatur cū aceto & suppo/
nāt & remouēt dolozē splenis. ¶ Ad idē autē & adiu
uat ē hydriopicos. ℞. absint̄ hii siccū: nitrū & fari/
nam lolij oīa simul trita aggregētur & addito aceto
modico fiat emplm. ¶ Emplastuz quoq; fiat ex suc
co extremitatū vitis albe perfectaz aut ex puluere
eius cū medula sicuū & superponat̄. ¶ Idē autē fa
cit puluis eius cū aceto permixtus & bibitus & cuz
oximelle factō ex puluere illo dato. ¶ Itē. ℞. folia
cufus. i.

cussus. i. volubilis maioris coquant in aceto ⁊ sup/
ponatur: hoc. n. emplm opillationes aperit ⁊ aper/
ta resoluit. ¶ Puluis quoq; rubee tintoꝝ sumptus
cū sirupo acetoso ⁊ aqua scolopēdris iuuat. ¶ Tro/
cisci iuuatini valde sumpti cū decoctione alicuius
vel al. quoꝝ p̄dictoꝝ. ℞. corticū racapparoz infu/
soꝝ in aceto ⁊ excorticatoꝝ. ʒ. viij. seminis agni casti
aristologie Ion. scolopen. oium añ. ʒ. iij. oppoſona/
cis. ʒ. iij. radicū liquiritie. ʒ. viij. terātur ⁊ cōficiant̄
cum aceto ⁊ fiant trocisci añ. ʒ. j. ¶ Secretus Bal.
exptus. ℞. spice inde: costi: corticū cassie lignee om/
niuz añ. ʒ. ij. feniculi. ʒ. ij. piperis: seminis apij: triso/
lij: hireos: xilobalsami: oium añ. ʒ. iij. radicū cappa/
ris. ʒ. v. passulaz enucleataz. ʒ. x. terātur ⁊ cōficiant̄
cū melle dispumato ⁊ sumātur ex eo omni die. ʒ. iij.
cū decoctione capparis ⁊ calamenti in secheniabi
pauci acetū ⁊ pfert hoc apostematibus epatis: ⁊ do/
loribus stomaci: renum: tussi: ⁊ aque citrine.

¶ Additio.

¶ In pueris hūitibus duritiē splenis apostemosaz
vel nō: pōt fieri tale iuleb ⁊ ēt vꝝ vermibus. ℞. cor/
ticum radi. capparoz. ʒ. j. camepitheos camedreos
scolo. polij folioꝝ cū sumitatibus tamarisci seminis
portula. añ. ʒ. ʒ. hireos pas. lupuloꝝ: centauree mino/
ris: calamenti: liquiritie: rase ⁊ ptuse: radi. acoꝝ: aga/
ri. nasturtij: nigelle: seminis apij: feniculi añ. ʒ. ij. hec
oia spargātur aceto squillitico ⁊ sic dimittātur per
diem ⁊ noctez vel per noctez vnā ⁊ fiat tunc fortis
decoctio in aqua sufficienti vsq; ad medietatis cō/
sumptionē ⁊ coletur q̄ clarificet ⁊ dulcoret exhiben/
do. ʒ. iij. zuchari vel oximellis squillitici pro lib. de/
coctionis ⁊ ita vtitur exhibendo potum copiosuz.

¶ Capitulum. 2. De dolore splenis.

¶ Quoniam dolor splenis cōiter puenit ab opilla/
tionibus ⁊ v̄tositate q̄ fiunt in eo gbus cōse/
lō

Pul. rub. tin
toꝝ.
Trocisci.

Electuarium

Iuleb.

Tractatus Decimusquartus.

runt omnia que dicta sunt supra. ideo pauca scribe/
mus. ¶ Propria tñ ad dolorē splenis sunt vt suma
tur gramen decoctū ⁊ teratur cuz floze eris ⁊ pon
tur in pāno lineo ⁊ superponatur: nam statim infir
mus sentiet bñ ficium. ¶ Conferunt autē folia be/
tonice ⁊ eum tollit: radix hyreos bibita cum aceto.
¶ Adz autē facit gentiana qñ ex ea bibuntur. 3. ij.
¶ Si autē dolor sit ppter percussionez bibatur mu
mie kirat. j. cum aqua zuchari ⁊ tollit dolorē. ¶ Et
hirandus dixit qz folia salicis trita cum sale ⁊ super
posita splenti: illico tollit dolorē.

Gramen.

Betonica
Radix hyre

Gentiana.
A cau ⁊ p
cussione.

Mumie.
Folia salicis

Tractatus. 13. primi sermonis. De disponibus
renum ⁊ cōtinet capitula tria.

Caplm. 1. De doloribus renuz ⁊ vlceribus eoz.

Renū altissimus renes iuxta epar
vt supfluitatē aquofaz a qua
cibus inuatur in trāfitu suo a stō ad epar p
vias strictas ipsius ad se attrahāt qz faciunt per ve/
nas quasdā q̄ emulgētes dicunt alligatas ad cōne/
ruz ipsius epatis iuxta venā p̄cauā magnā ascēden
tez ad cor de quoz nocumēto nunc dicemus. Et pri
mo de dolore eoz. Et dixerūt antiqui omne tepidū
assumptū mirifice sanare dolorē renū qz vtile sum⁹
experti. ¶ Radix peonie femine in vino elixa ⁊ bi
bita valde cōfert ⁊ de semine idem experti sumus.
¶ Daucus cū vino tollit oēm dolorē qui nō est cū
vlcere. ¶ Et qz reubarbaz dolori renū est maximū
p̄ficiuz. ¶ Fecur quoqz hyrei siccū in sole ⁊ come/
stum mirifice ipsuz tollit. Idē autē carnes eius sicca/
te cū sechaniabin sumpte. Est autē sechaniabin siru/
pus factus ex aceto ⁊ aqua. ¶ Cū autē dolor est ex
obstructione supfluitatū radix men trita ⁊ abluta
pius ⁊ cruda cū aqua bibita ipsuz tollit. ¶ In hoc

Radix ⁊ scñ
peonie.

Daucus.

Reub.
Fecur eritij ⁊
carnes.

Quid secha
nabin.

Ab obstru
ctione ⁊ c.

Men.